ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh.
Seite 205r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Quomodo autem de cocco & purpura & bisso uidentur conferri pri
mitie. aut quomodo sicut corde conceperit quis offert. ~
Hoc iam singulorum pulsetur; Uideamus simul
& quomodo corde concepimus; Quaenti modo hic
praesentes sumus. & sermoni tuae attentae; sunt qui concipi
unt corde quae lecta sunt. sunt qui omnino non
concipiunt quae dicuntur. sed tenent mens eorum & cor
aut in negotiis aut in cuncti; sed aut in suppu
tationibus lucri; Et praecipue mulieres quomodo
putas corde concipiunt. quae cum zerrium
tantum fabulis obstrepunt. ut non sinant te
silentium. iam quid de mente eorum quid de cor
de discutiam. sed in frantis suis aut de uicinis cogi
tent. aut de negotiis domus. Uel cor sane
non sequuntur illae. de quibus dicit apostolus quae discurrunt
circuire domus. non solum uerbosae sed & curiosae
loquentes quae non oportet; Quomodo ergo iste
tales corde concipiunt. non concipit corde
nisi quis uacat corde. nisi sit mente lib & totus
intentus. nisi corde uigilet. non potest corde
concipere & offerre donando; Quod si contenus
negleximus. ex hoc saltem adtentiores simus
& sollicite intendamus. ut possimus mente concipe
re